

R E C T O R

A C A D E M I Æ G I S S E N Æ

T O T U S Q U E O R D I N I S P R O F E S S O R I I S E N A T U S

O M N I B U S O M N I U M F A C U L T A T U M

S T U D I O S I S S. P. P.



Uam in mundo consentiant omnia, vel in homine qui mundi quoddam compendium dicitur, manifestum esse potest. Singula in eo membra non suum sequuntur hodie, ut olim, teste Livio, consilium. Non suus cuiq; sermo est, aut indignatur, sua cura, suo labore ac ministerio ventri omnia quari: hunc vero in medio quietum nil agere, solum datis frui voluptatibus. Promptum omnium obsequium, prompta pro totius salute singulorum ministeria. Hinc aures audiunt, pedes ambulant, manus negotiantur, impleta cetera partes omnes vitali spiritu, gaudent suo robore succiq; plena sunt. ACADEMIA venier ejusmodi est. Consultores ejus Professores. Quiescit ea, ubi quodlibet membrum suum agit in totius emolumentum. Inquietatur diversis agitata opinionibus, quod ferissima inde producantur, ingenia, qua recta institutione diviniissima esse poterant. Quanta vero Symphonia in Academia nostra salustem conspirent Professores ejus, quaque cura Sapientia mysteria suis quarant operose auditoribus incutiant, vel sequens schema exhibebit, quo velut compendio omnium labores profiant sequenti astate vertendi. Quis ergo sapientiam amatis concurrere & pro Vestra vestrorumque omnium salute diligenter audiendo, legendo feliciq; obsequio seligendo cooperamini, ut animis vestris robur accedat, & mensis uberrima expectetur! Tempus currit, sibus notatum vocibus. Exit, est, & fuit. Illud futurum est, cito tamen transitorium. Istud momentum est & verè puncto minus. Hoc praterit. Operandum itaque, ut futurum molestum non sit, prateritum haud panitendum, neque presens tadiosum. Sic cui Est per suam naturam convenit solum, neque ullis temporis mutationibus regitur, perpetuo quoque & immutabili vos fama & gloria decore afficiet. Valete P. P. GISSÆ sub sigillo Acad. Majoræ Cal. Aprilis M. DC. LV.

IN FACULTATE THEOLOGICA.

Justus Feurbornius, SS. Theologiae D. & Professor, Quoniam tredecim capita prioris Epistolae ad Corinthios, Lectionibus publicis haecenus absolvit, idem sequentia capita 14, 15, & 16. publicè quoque absolvit. Deinde Disquisitionibus Theologicis super Epistolam ad Galatas, typis impressis, & in Instituto Theologico Collegio jam tum habitis, restantes superaddit. Et praeter haec Disquisitiones super schismata & discusiones ablatas per DEI gratiam haec hunc tribus Collegiis privatim, v.g. Anti-Phoebiano primo, secundo contra novas opiniones Instituto, & tertio Concionatorio, & simul lectionibus publicis; DEO clementer opulante, per aetatem infesturam tradidit. In publicis lectionibus Acropolim nostrae Religionis, Articulum de Justificatione, contra Bellarminum, & quidem ita disserendo, ut facile momenti rerum calamo excipi possint. 2. Disputando eivitet Syntagma suum tertium è V. T. 3. In privatà verò Collegio ex Formulâ Concedit & Executi D. Mentzeri omnes controversias, contra quoscuq; heterodoxos, simul ita ventilabit, ut non nisi gloriam Dei, & commodum Auditorum suorum, sibi scopum sit praestiturus.

Joh. Nicolaus Milerus, SS. Theol. D. ejusdemq; & Hebr. Linguae Profess. Ord. Stipend. Eph. & Eccles. in Lectionibus publicis Libros nostros Symbolicos methodo perspicua & fructuosa, DEO benejuvante, pertrahit. Collegium aperiet Theologicè Disputatorum contra Adversarios genus, quodcumque Domini Studiosi elegerint. Addet insuper Hebraicum; tum pro ad discendos S. Linguae principia, tum pro solidiori ejusdem scientia comparanda.

David Christiani, SS. Th. D. ejusdemq; Prof. Publ. Extr. hoc semestri aetate publicè Locos de Primatu Petri Romani Pontificis Hiero-Monarchia praeleget, Disputationes publicas Anti-Jesuicas continuabit. Privatim verò Collegia Theologica, Lectoria & Disputatoria instituet.

IN FACULTATE JURIDICA.

Justus Sinold d. i. u. Schult. U. J. D. Cancellarius & Professor Primarius, iuncto Legationis munere, quo in Comitibus Ratisbonen-

sibus functus est, in praecipuis Imperii Constitutionibus interpretandis perget.

Gregorium Talsitum, U. J. D. Consiliarius Hass-Darmstadii & Professor Ordinarius, in explicandis utilioribus Codicibus Justiniani Legibus progredietur; adjuget etiam Casus insigniores Facultati ad decidendum oblatos, eosque explicabit.

Joh. Halvicum Sinold Cogn. Schult. U. J. D. Consil. Hass. & Prof. Ord. Argumentum, quod haecenus in Lectionibus publicis & privatim proposuit, in quantum per alia licebit, persequetur.

Jacobus Le-Bien, U. J. D. & Professor in publicis lectionibus, quatenus fieri poterit, materiam acquir, vel amitt. possessionis continuabit. Privatim pro libitu Dominorum Studiorum Collegia aperiet.

Carolinus Müller, U. J. D. & Professor Ordinarius, in lectionibus suis exponet Institutiones Justinianicas, & in Collegiis & Exercitiis tam publicis, quam privatim sese studio & desiderio Dominorum Studiorum accommodabit.

IN FACULTATE MEDICA.

Johan. Daniel Horstius, Phil. & Medicinae D. Professor & Archiater Hass-Darmstadii, dum per irregularia quàm plurima, quibus Clementissimo Serenissimi Principis iussu in aula doctetur in Academia publicè profiteri nequit, operam suam nihilominus per consilia Medica Collegio Medico & Studiosis Medicinæ perquisitis praestabit pollicetur.

Johannes Tackius, Phil. & Med. D. ejusdemq; Prof. Ord. Archiater & p. t. Academiae Rector, Institutiones Medicas ex Veteribus & recentioribus contextas persequetur, Collegia etiam Medica pro Studiorum beneplacito aperiet.

Georg Balthasar Wetger, Med. D. Prof. Ord. publicè haecenus habitâ Anatomia, viliectum coelestionilectorum naturam, struaturam & officium publicè explicabit, & auditores ad observandum in brutis animalibus deducet. Privatim etiam operam omnibus quibus ut ei placebit, promittit sinas offeret.

IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

M. Caspar Ebelius, Log. & Metaphys. Prof. Ordinarius, regularum Logicarum explicatione non antehac ceptam, publicis lectionibus continuabit, & sita a auditores Metaphysicè idoneos

incederis, Theologiam naturalem per aetatem exponet. Privatim Collegia Logica & Metaphysica, sive explicatoria, sive disputatoria, pro auditorum captu & desiderio addet, & in utraque quoque disciplina exercitia publica disputatoria instituet.

M. Johannes Conradus Dietrich, Græcæ Linguae & Historiarum Professor, in Epistolarum Paulinarum philologicam enumerationem dabit. In Historiis & Svetonio Cæsarem Romanorum vitas explicabit, & ad petitionem Dominorum Studiorum Collegium Historicum habebit.

Jacobus Le-Bien, U. J. D. & Professor in politicis Francisci Guicciardini historiarum proponet eamque politicè præceptis illustrabit, Collegia etiam tam explicatoria quam disputatoria instituet.

David Christiani, SS. Th. D. & Mathemat. Prof. Ord. publicè Geographiam per hoc aetatem semetipræleget, praxinque & usum Tabularum & Mapparum nec non Instrumentorum Mathematicorum monstrabit. Privatim Collegia Arithmetica, Geometrica, Astronomica, Geographica, Astrologica & Optica, ad votum & captum Studiorum aperiet.

Martinus Wülfel, U. J. D. Ethicæ Professor Ordinarius, publicè Præcepta Philosophicæ Moralis tradet, & Collegia privatim aperiet.

Johannes Tackius, Phil. & Med. D. ejusdemq; & Eloquentia Professor Ordinarius, p. t. Rector, in tradendis ad syllos & dispositionum elegantiam præceptis perget, & privatim ut haecenus, ita & in posterum præsentem pollicetur operam.

Georg Balthasar Wetger, D. & Physicæ Profess. Ord. Juxta usum ad finem perducit, divinâ annuente gratiâ, maturo usque applicandam suscipiet. Privatim etiam petentibus collegia, tam lectionis, quam disputatoria aperiet.

M. Joh. Weiss, Eth. Prof. Publ. Extr. explicatâ naturâ Summi Boni cum illius requisitis tam propèlitis quam communibus, accedet ad declarationem virtutis in genere, illiusque specterum. Privatim verò Collegium Ethicum non solum lectionis, sed & disputatorium aperiet.

—S (* *)S—